Impr. Duro Lage 1554 ...



DAMIÃO DE GÓIS. DESCRIÇÃO DA CIDADE DE LISBOA EM LATIM COM TRADUÇÃO DO TEXTO POR JOSÉ DA FELICIDADE ALVES
LIVROS HORIZONTE, LISBOA, 1988


VRBIS OLISIPONIS DESCRIPTIO PER DAMIANVM GOEM EQVITEM LVSITANVM,

In qua obiter tractantur nõ nulla de Indica nauigatione, per Græcos, et Pœnos et Lusitanos, diuersis temporibus inculcata.

1554

EM ANEXO BIBLIOGRAFIA ELETRÔNICA DAS OBRAS DE DAMIÃO DE GÓIS POR ARLINDO SILVA







DAMIANVS A GOES.

DAMIÃO DE GOIS
STUDIES IN MEDIEVAL AND MODERN LATIN
LATINITAS LUSITANA ET BRASILIANA
PROF. DR. DARCY CARVALHO. FEAUSP. UNIVERSITY OF SÃO PAULO.
SÃO PAULO. BRAZIL
2015
SOURCE: BIBLIOTECA NACIONAL DE PORTUGAL. BIBLIOTECA NACIONAL DIGITAL
http://purl.pt/index/livro/aut/PT/33900.html
GOIS, Damião de, 1502-1574
Vrbis Olisiponis Descriptio per Damianum Goem Equitem Lusitanum, in qua obiter tractantur nõ nulla de Indica nauigatione, per Graecos et Poenos et Lusitanos, diuersis temporibus inculcata. - Eborae : apud Andream Burge[n]sem, mense Octobri 1554. - [24] f. ; 4º (20 cm)
http://purl.pt/23351.

¶ INCLYTO PRINCIPI DOMINO Henrico, portugalliæ infanti sacrosanctæ ecclesiæ Romanæ, Tituli sanctorum quatuor coronatorum cardinali meritissimo, Damianus Goes Eques Lusitanus.


S. P. D.



Ndicarũ rerum historiam, in lucem vt darem, cũ crebris doctorum hominũ epistolis diu vrgerer, eam ex exemplaribus colligere, atq; disponere pridem cœperam, id quidem mihi effectum iri posse, tunc pollicebatur otium meum literarium, quo eo quidẽ tempore laute, & citra publicorum negotiorum onera vtebar. Sed cum mecum perpenderem, mihi id modo deesse, quod summe in historia scribẽda reqritur, ab incepto destiti. Nã ei qui iustam, & absolutam historiã scribere vult, in primis liberũ, & vacuũ tempus tribuẽdum est, deinde animi quies, & omnium munerũ vocatio, postmodum magnorum principũ fauor, quo industria, & labor studiorum, præmijs adaugeantur. Quocirca (præsertim cũ neq; cura neq; negotio, carere possem) succisiuis tantum dierum horis, id quod continenti temporũ decursui destinaram, cõcedere, & tribuere proposui, & curriculo mearum lucubrationum currens, Olisiponis vrbis descriptionẽ hoc tãtum tempore componere institui, eamq; tuo duntaxat nomine illis inquã ipsis euulgare decreui, qui a nobis id flagitare nusquam destiterunt. In qua sane descriptione, quidquid ad ipsius vrbis originem, & ornamentum inuestigare valuimus, faciliori quã potuimus penicillo depinximus. Cæterum opusculum hoc quale qualecunq; fuerit, sub tua protectione emittere consulto ꝓposuimus, vt quæ nostro huic labori desunt, nã forte multa deerunt, quæ nos assequi nõ potuimus, ea tua animi celsitudine, & eximia doctrina, sic foueantur, protegantur q;, vti ab alienorum laborum mordacibus, temereq; calũniantib9, nullo alio adminiculo suffultę, se se tueri, defendereq; possint. Vale.



☙ VRBIS OLISIPONIS SITVS, & figura, Damiano Goe equite Lusitano authore.


Væ sunt vrbes nostra hac tẽpestate, quas iure oceani dominas, ac tanq̃ Reginas appellare possimus, quarũ ductu & imperio totus oriens, occidẽsq́ hodie nauigatur. Earũ altera est Olisipo, quæ a Tagi faucibus eius oceani partis imperium sibi vendicat, quæ Africam, Asiamq́ immenso maris circuitu cõplectitur. Altera vero Hispalis, quæ a Beti fluuio occidentem versus, quem hodie dicunt nouũ orbem, classibus patefecit. Cuius describendę partes, iis cõsulto relinquimꝰ, quorũ scriptis, de huius noui orbis reperti ratione, multa forte memoriæ mãdabũtur. Nobis vero, cũ de situ, & vrbis Olisiponis statu constitutum sit solummodo scribere, non ab re visum fuerit, si ante quam negotium aggrediamur, inde incipiamus, vnde ipsa res de qua scripturi sumus, nobilior effecta sit, nempe de inuento a nostratibus per æquora, in Indiam itinere. Quæ res vt memorabilis, ita etiam in ea paulo nobis vaga-

ri licebit, atq; etiam antiquorum testimoniis, studio nostro lectoribus aperire, quanta difficultas in hoc negotio, se semper obtulerit iis, qui rem tantis periculis plenam, ausi fuerunt quouis modo tentare. Quocirca ab eo qui summo studio, summaq́ animi virtute rem tam præclaram nostris temporibus aggredi ausus est, exordium capiemus. Is enim inuictus ille Alfonsi quinti filius, diuus Ioannes secundus Lusitanorum Rex fuit. Ille quidem qui bello regnum suis vindicauit, paceq́ sibi regni hæreditatem multifarie turbatam restituit. Igitur cum regis indefatigatũ animum Indicarum rerum desiderium vehementius agitaret, non nauibus solũ ab illa parte litoris Æthiopici, quod ad ea vsq́ tẽpora a nostris exploratum erat, eam Indiæ plagam, q̃ ad ortum solis attinet, inuestigare proposuit, sed terrestribus etiam itineribus, negotiũ auspicari voluit. Quod quidem per homines Lusitanos singulari lingarum, rerumq́ notitia præditos, in eo libro quem de rebus Æthiopicis scripsimus, factum esse demonstrauimus. In quo etiam studio, doctrinaq́

prudentissimi principis Henrici, oceani
Atlantici, Æthiopiciq; insulas, & litora pri-
us, multoq; antea inuenta, lustrataq; a no-
stris fuisse, obiter tractamus. Proinde dum
Ioannes ille adhuc viueret, industria, aus-
picijsq; Bartholomei Didaci, viri Lusitani,
nauticæq; artis peritissimi, frontem ei con
tinentis parti contiguam, quæ recta ad mon
tem lunæ porrigitur, nostri inuenerunt.
Quæ frons ab oceano emergens, sinu Hes
perico, Prassoq; promontorio, immenso
tractu terrarum, ad australem cœli cardi-
nem, vtrinq; protensa, gradum ferme quin
tum, & trigesimum attingit. Quibus termi-
nis Ichthiophagorum videlicet, & Anthro-
pophagitarum, nihil literis Ptolemeo cog-
nitum fuisse constat. Quamq; Plinius, Me-
la, Solinus, & Martianus, ex Iuba, Artemi-
doro, & Xenophonte Lampsaceno, & Ne-
pote Cornelio, de Hannone Pœnorum re
ge, & Eudoxo, alijsq; qui hoc mare expe-
rientia, seu relatu nauigabile tradunt, scri-
bentes, huius itineris notitiam olim fuis-
se, totumq; ab Indis ad Herculeas colūnas
patefactū, cultaq; eius litora esse testentur.

Ac insuper testimonijs confirment. C. Cæ-
sare Augusti filio in Arabico sinu constitu-
to, Hispaniarū nauiū, naufragio eiectas frag
mētorū reliquias apparuisse. In qua quidē
sententia Herodotus eximius ātiquitatum
indagator, Græcos fuisse asserit, qui mare
quod extra colūnas vocatur Atlāticū, & Ru
brū, idē esse mare pro certo affirmant. Atq;
alibi Græci, inquit, qui pōtū incolunt, ocea
num cōfluere terrā, pro comperto habent.
Postmodum ex vetustissimis Ægyptiorum
ānalibus, hæc prodit. Nempe Necū ipsius
gentis regem, cū a deprimenda fossa, a Nilo
ad Arabicum sinū destitisset, nauibus quos
dam Phœnices misisse, quos iussit, Herculis
colūnis superatis, ad septentrionale vsq; ma
re penetrare, atq; inde in Ægyptū cursum
facere. Qui e mari Rubro soluētes in austra
le venerūt mare, deniq; in Ægyptū per fre
tū Herculeum, post biennium remearūt: &
in hunc modum dicunt Græci Africæ litus
primo in totū cognitum fuisse. Secundo ve
ro, Xerxis temporibus Africæ promonto-
rium Sataspē superasse scriptis confirmant.
Qui admodum nauigatiōis tædio cōfect9,
ad colūnas Herculis, vnde in Atlanticum

oceanum prodierat reuersus, in Ægyptum
cursum tenuit. Deniq; Strabo ex Aristoni-
co testatur, Menelaum per gades circundu-
ctum, iter in Indiam fecisse. De qua quidem
re, prolixius non agemus, ne longius, quā
res ipsa postulare videt̄, digrediamur. Illud
quidem verissimum videtur, & ratione cre
dibile, tam vastam, & periculis infinitis ob-
iectam nauigationem, ita tum hominū ani-
mos affecisse, vt semel inchoata vel (si atti-
git) absoluta, nemo secundo rem tam ardu-
am, vel potius mōstrosam, aggredi auderet.
Qui sane, tam immēsæ peregrinationis cur-
sus, nostratium siue indefatigata indole in-
stigante, siue auri sacra fame vrgente, tā de-
niq; modo frequēs habetur, vti nō maioris
negotij nunc huiuscemodi nauigationē exi-
stiment, quam si in Britaniam, aut in Belgi-
cam, ex Lusitania per oceanum iter facerēt.
Huic vero repertæ fronti, vt ad inceptū re-
deamꝰ, ob rem insperatā, Rex idem Bonæ
spei caput nomen indidit: reliquū iam inde
oceanum Indicum nauigandi, occasionē fa-
ciliorem, sibi oblatam esse sperās. Cæterum
naues illæ quibus Bartholomeum Rex præ
fecerat, multis casibus, aduersisq; tempesta-

tibus disiectæ, ipso Bonæ spei promonto-
rio, vt antea demonstrauimus, superato,
flumen ingrediuntur, cui Inffantis flumen
nomen inditum fuit, eo quod inter cæteras
naues, vna cui Rex Lupum Infantem vi-
rum Lusitanum præfecerat, omnium pri-
ma ad fluminis Ripam appulsa sit. Inde ve
ro vlterius progredi minime tutum esse du
xerunt, propterea quod in tanta maris va-
stitate, itinerisq;, & temporis intercapedi-
ne, gentē nullam reperissent, quæ tum nauī
bus vteretur, veriti ne si longius procede-
rent, non Indos, genus hominum suapte na
tura cultissimum, ac disertissimum, sed alias
nationes, terrasq; barbaras, ac imanes offen
derent, a quibus forte etiam grauioribus in
commodis premerentur, quam quæ in ijs
experti essent, quorum litora, portusq; an-
tea tetigissent. Qua re mature pro rerum fa
cultate, & prudenter animaduersa, mutata
velificatione, in Lusitaniam reuertuntur.
Id vero diuino potius quam humano con-
silio accidisse crediderim, quod deuicti o-
ceani gloria, futuro regi integra, fato quo-
dam, intactaq; reseruari videretur. Interea
quidem re infecta, Ioannes Rex moritur: no

uisq; rerum momentis occurrentibus, vti
tum maxime fieri conſueuit, Emanuel Reg-
num ſuſcepit, ſtatimq; biennio poſtquam
regni gubernacula ſuſcepiſſet, cum omnia
domi, foriſq;, a finitiuis regibus tuta ſatis,
ac pacata cerneret: quod a ſuis maioribus
antea ſummo ſtudio factum eſſe videbat,
in idipſum animum cœpit intendere. Tres
igitur parari naues, ac inſtrui iubet. Qui-
bus Vaſcum Gamam, genere Luſitanum,
equeſtris ordinis virum præfecit. Qui
comparatis rebus omnibus quæ ad tam
longam profectionem neceſſariæ videban
tur, octauo idus Iulii anno dominicæ incar
nationis. M.CCCCXCVII. idoneum
Aquilonem nactus Oliſipone ſoluit, celeri-
terq;, concitatiore vento in Indiam lætis
auſpiciis, ſed immenſo labore, peruenit. Sed
nos rebus iis omnibus cum ipſa India omiſ
ſis, ad inſtitutum noſtrum properemus.

Oliſiponē igit̄ quis primus condiderit, in
tanta ſeculorum vetuſtate, pro certo nos
affirmare non audemus, quam tamen in-
ter antiquiſſimas Hiſpaniæ vrbes, annume
rādā eſſe, vetuſtiſſimi quiq; ſcriptores teſtā
tur. Hanc Varro Oliſiponem, & Ptolemeus

Olioſiponem appellāt. Strabo vero Vliſſeā,
& ab Vliſſe cōditā eſſe, ex verbis Aſclepia-
dis Myrliani videtur aſſerere. Is enim Myr
lianus in Turditania ludo literario præfuit,
atq; de gētibus ipſius regionis librum con-
ſcripſit, prodiditq; etiam Oliſipone in tem
plo Mineruæ, fragmēta q̄dam ſuſpenſa tūc
extare, videlicet parmas, A pulſtra, nauiūq;
roſtra, vlyſſis errores indicantia. Ex quo ſa
ne loco nō ſatis liquere arbitrātur quidam
Oliſiponem ab Vlyſſe cōditam eſſe. Nobis
tamen, tanti viri teſtimonio adhærere pla-
cebit potius, quam illorum dicta cōproba-
re, qui id nullo certo argumēto cauillare co
nātur. Præſertim cum Solinus vir apprime
doctus ipſius Strabonis ſententiam ſit ſe-
quutus. Noſter quoq; Andreas Reſendius
vir doctorum omnium iudicio & calculo
comprobatus, id multis in locis ſcripto-
rum ſuorum, & imitatur & confirmat.
Sed quod ad nominis rationem attinet, ex
quadam ipſius Reſendii oratione, & ex mul
tis vetuſtiſſimis tabulis in vrbe ipſa re-
pertis, ab illoq; collectis, facile liquet, ſcribi
debere Oliſiponem. per. O. & dupplex iota,
& ſimplex. s. Erat autem Oliſipo Romanis

temporibus Romanorum ciuium munici-
piuȝ. Plinij grauissimi scriptoris testimoniū
hoc loco afferre non pigebit. Municipium
(inquit) ciuium Romanorum Olisipo, feli
citas iulia cognominatum. Vnde autem no-
minis origo emanarit, temere affirmare nō
audemus. Id enim fortasse tam multis fabu
losum videretur, quam illud Varronis, a Iu
stino iudicatur. In Lusitania vbi est oppidū
Olisipo, monte Tagro, equas e vento conci
pere. Cuius sententiam, & Plinius. & Solinꝰ
approbarunt. Quam tamen vt diximus, Iu-
stinus his verbis mendosam esse enixe affir
mat. In Lusitanis (inquit) iuxta fluuiū Tagū
equas vento concipere multi authores, pro
diderunt, quæ fabulæ ex equarum fœcūdi-
tate, & gregum multitudine natæ sunt,
qui tanti in Gallecia & Lusitania, & tam per
nices visuntur, vt nō immerito ipso vēto cō
cepti esse videantur. Quæ sentētia nobis sa
ne non ita displiceret: nisi physici rationibꝰ
adniterētur probare, naturam ipsam, ex fe-
mineo tantum sexu, sineq; marium congre-
su, multa gignere, & procreare solitam esse.
Quem quipem Varronis locum. D. Roderi
cus Archiepiscopus Toletanus, in sua histo

ria, satis luculenter comprobat. Mons vero
Tagrus, cuius Varro meminit, meo quidem
iudicio ille idē est quem nos Sintreum voca
mus, & a quo lunæ promontorium in mare
prorumpit, millia passuū ab Olisipone plus
minus viginti, & quatuor. Quod nostris ho
die Rocham, appellari placuit, siue vt latine
dicam Rupem. In cuius decliui montis, op-
pidum, admirabili loci amœnitate, cœliq;
clementia, hodie conspicitur, ingenti ac ma
gnifico regum Lusitanie domicilio nobilita
tum, quod de nomine montis Sintram dixe
re. Mons vero diuersis ferarum generibus,
auiumq;, mire abundans, pecori item pascē
do ꝓpter singularem soli bonitatem, adeo
est accōmodus, vt cuilibet facilē possit per-
suaderi, equas sine admissario cōcipere. Ad
latus porro huius montis, quod latus ab o-
ceano patet, vicꝰ passibꝰ circiter duobꝰmil
libꝰ ī colliculo positus est (Collares accolæ
vocant) a quo haud ita procul, sub rupe in
pelagus procumbente antrum est quod ac-
cedente alluitur oceano, fluctusq; introrsus
reciprocantes, salo spuma permisto, recipit
in sese, & item eructat, ingēti vndarum stre
pitu, in quo Tritonem concha canere olim

visum nostrum vulgus existimat. Quod ad locum quidem attinet, constanter quicquā affirmare non audeam. Propterea quod ab omnibus id litus propius legentibus, cerni facile, ac conspici possit. Tritonem vero Tiberij cæsaris tēporibus visum in Lusitania, auditumq; fuisse, ita scribit Plinius. Tiberio (inquit) principi nunciauit Olisiponēsium legatio, ob id missa, visum auditūq; in quodam specu concha canētem Tritonem, qua noscitur forma. Nec vero illud silentio prætereundum esse duximus. Nostro hoc tempore plerisq; i locis huic litori vicinis quoddam hominum genꝰ reperiri, qui & natura, & nomine Marini ab indigenis vocari cœperūt, ob eam præsertim causam, quod hispidum quid in cutis superficie gerentes, notas quasdam squāmarum, ac tanquā reliquias antiqui gn̄ris, per totū ferme corpus sparsas, præ se ferre, atq; retinere videant̄. Eos enim ab hominibus marinis, vel Tritonibus, originem genusq; traxisse, pro certo semper habitum est, eiusq; rei initium inde ꝓfluxisse a maioribus accepimꝰ Tritones videlicet ad litꝰ ꝓsilire interdū, atq; colludere paulatim assueuisse, eosq; fructuū dl'cedine

delinitos, quorū in ijs locis maxima est copia, eodem reuersos sæpius, in fabali quodā incolarum astu, eorum aliquot interceptos, ac postea blāditijs ad excultum māsuetūq; genus vitæ traductos esse. Et quidem si fabulosum videbit̄, domestica familiaritate, vocales reddi Tritones potuisse, insuperq; cū Lusitanis consuetudinem vt haberēt effecisse, fabulosius sane mihi erit, barbarum incultumq; Tritonem, in Africa, in palude Tritonide, prosiluisse, ac cum græcis garriētem, ab Iasone tripodem, quam Delphos asportabat, vti syrtiū periculis, suo ductu euaderet, sibi dari poposcisse. Nostris vero temporibus, vt efficatius testimonium in medium afferam, piscator q̄dam, dum inter scopulos Barbarij ꝓmontorij, filo, hamoq;, iuxta diuæ virginis sacellum, pisces capere contendisset, derepente ex vndis in scopulum, mas Triton exiliuit, barba prolixa, crinibus oblōgis, pectore hispido, facie nō admodū deformi, absolutaq; hominis forma. Qui cū paululum apricatus esset, & hominem a tergo, ipsius formam contemplantem, inspexisset, voce non humanę dissimili prolata, territus confestim in salum se submersit. Hæc

piſcator de Tritone, ſiue homine marino cu
pidis audiendi, compto ordine, ac ſermone,
hodierna die enarrat. Deinde paucis ab hic
annis, haud procul a lunæ promontorio, vt
nobis retulit Ferdinandus Aluarus domus
Indicæ ſcriba, vir integræ fidei, qui iuxta il
lud litus ruſculum habebat, cuiq; vicinus
erat vir probus, minimeq; fallax. is enim vi
cinus perſæpe piſcandi gratia, ſe in quoſdã
litoris ſcopulos conferebat. Ibi cum nego
tium die quadam fœliciter ſuccederet, (vt
Ferdinandus ab eo oretenus accepit) piſces
quos hamo capiebat, a tergo ſui, in aridum
ſcopuli anfractum, quo tutius aſſeruarẽtur,
proijciebat. Quod quidẽ perſæpe inculcãs,
interdum nudum adoleſcentem imberbẽq;
per anfractum cõſpiciebat. Attamẽ cum in
illo loco, circum vicini incolæ frequẽter na
re conſueuiſſent, credebat ex ijs aliquem
forte eſſe. Cui, cum intẽtus piſcationi eſſet,
nihil verbi faciebat. Tãdem intentius ani
maduertẽs, adoleſcentem piſces manu cape
re, & ad os deductos edere inſpicit. Qua re
cõmotus occurrit, hominem petiturus. Qui
violento curſu, cachinãs ridenſq;, in fugam
ſe proripuit, pelagoq; vrinãs ſeſe ſubmerſit

Eodem ferme tempore, e regione vrbis,
pelago interiecto, non procul ab oppido
quod Barrerium noſtri nominant, iuxta Al
fonſi Alboquerci viri patricij villam, ſimi-
lis formæ hominem marinum exanimem
æſtus maris in litus eiecit. Præterea in anti-
quis regni archiuis, quibus ego ipſe præ-
ſum, extat adhuc compoſitionis chirogra-
phum vetuſtiſſimum, inter regem Alfon-
ſum tertium, & Pelagium Petreium, eques-
tris ordinis. D. Iacobi magiſtrum, tranſa-
ctæ, qua decretum fuit, non magiſtro ordi
nis, ſed regibus deberi vectigal ſyrenum,
aliarumq; belluarum, in ipſius ordinis lito-
ribus captarum. Vnde facile colligitur ſyre
nes, cum de eiſdem lex lata fuerit, frequen-
tes olim in noſtris æquoribus fuiſſe. Sed
hæc hactenus de Tritonibus, Nereidibus,
ſyrenibusq; dicta ſufficiant. Cæterum, vt
ad inſtitutum reuertamur, ſcire oportet, vt
paulo antea diximus, nobis de nominis
vrbis Oliſiponis origine, & cauſa, nihil
certi conſtare, imo nec quicquam, quod
ad ipſius priſtinam memoriam ſpectet,
nec item ad res in ea olim geſtas, inter
Græcos, latinos ve authores reperire po-

tuisse, eum minime dubium sit, in ea ciuitate in qua hodierna die tot elogia, epitaphiaq; latinis characteribus, lapidibus exculpta extant, in ea ipsa, multa & præclara facinora transacta priscis temporibus etiam fuisse, quibus nostrum hoc commentarium ornare, lustrareq; valuissemus. Sed cum illa omnia, vt ratione licet credere, temporum iniuria potius, quam scriptorum incuria forte perijssent, ex nostris tantum Lusitanicis annalibus, cum altius nihil, quod minime fabulosum videatur repetere audeamus, exordium faciemus, Et post illam miserandam cladẽ, qua ferme vniuersa Hispania a Mauris occupata, Christi fidem deseruit, quomodo iterum ipsa Olisipo christo initiata fuerit demonstrabimus. Quæ res sic se habuit. Cum olim assiduis incursionibus Mauri Hispaniam impeterent, pij ac christiani homines vndiq; opitulandi gratia eo confluebant, Regibus suam operam offerentes. Accidit tunc inter alios. D. Raymundum Tolosatiũ comitem ad Alfonsum Castellæ regẽ, electũ imperatorem, subsidio venisse. Cui Hẽricus

eius ex sorore nepos, huius expeditionis comes fidissimus fuit. De cuius Henrici ortu, inter authores non satis conuenit. Nam Castellani scriptores eundem Cõstantinopoli natum esse aiunt. Galli autem ex Lothoringia promanasse asserunt, nostri vero ex Hũgaria originis seriem deducunt. Attamẽ nulla certa ratione omnes, id quod dicũt, demõstrant, qua nos quicquam audacter cõfirmare possimus. Cæterum ob ingentia istorum principum merita, Alfonsus Rex, Raimundo Orracam, Henrico vero Therasiam, filias in matrimonium collocauit. Et quidẽ Hẽrico & Therasiæ, Portugallię comitatum in dotem dedit, cuius prouinciæ eo sane tempore, præcipua pars a Mauris occupabatur. Ex Therasia, Henricus Alfonsum suscepit. Is Alfons9 post multa, & præclara facinora, pro christi fide acta, cum quinq; potentissimis regibus Mauris in campis Oricien sibus apud Castrum viride cõflicturus, quos vnico prælio deuicit, a suis militib9, in ipsis castris vnico temporis mométo, Rex electus, creatus, iuratusq; fuit, & quidem reluctans, id contumatiter cunctis asserentibus, nõ decere strenuos milites, tam arduum, contra

tot præclaros reges prælium inire, nisi sub regum vexillo. Affirmant nostri scriptores, ipsum Alfonsum, anteaq; prælium iniret, christum in cruce appensum in ethere cons pexisse, ei victoriam pollicentem, atq; ducem fide flagrantem ita respondisse. Domine cum certo sciam, te filium dei esse, mundiq; verum seruatorem, non est quod te mihi demonstres. Vade ergo, inquit, & hostibus tuæ religionis, te ea lege ostende, vt nos tantis malis careamus, ipsiq; credant cognoscantq; tua, tui solius nece, mundum viuere, & saluum esse. Ob quod miraculum, scuti basi, quod albi duntaxat coloris, tunc temporis Alfonsus ipse gestabat, quinque cæruleos clypeos, pro deuictis quinq; regibus, clypeisq; cunctis, in christi plagarum memoriam, quinq; alba puncta, quincũcia li ordine Rex ipse subnexuit. Quibus signis ab eo vsq; tẽpore Lusitaniæ Reges summa cum reuerentia vtuntur, eaq; continuo ob mysteriorum gloriam omni debito honore deosculantur amplectunturq;. In quibus illud etiam mysterij, scitu dignũ, inest, quod si quinq; præfatis clypeis, numerum omnium punctorum adiungas, ratione tri-

ginta denariorum reperies. Quo quidem pretio, orbis redemptor christus a Iuda, Iudeis venundatus fuit. Igitur assecuti sunt Lusitaniæ Reges, ex tam insigni victoria, ea signorum tã gloriosa mysteria. Quæ signa vt cælitus a christo concessa fuere, sic, ipsis ducibus, nobisq; sub eis militantibus, ipsius Christi fidem, in immensum per vniuersum orbem, longius, latiusq; quamvnquam fuit, nostraq; industria, & labore propagata, euulgataq; hodierna die est. Porro, vt ad scopum reuertamur, cum Olisipo ab hoc rege Alfonso obsideretur, & bello diu præliãdo, confligendoq; oppugnaretur, christi fidei anno ipsius christi natalis. 1 1 4 7 restituta fuit. Cui bello etiã nõnulli peregrini milites ex varijs Europæ partib9 religionis causa interfuere, quorũ non pauci dimicando desiderati sunt. Nec defuere qui ex ijs miraculorum argumentis, loco sanctorũ habiti sunt, inter quos quidam Henricus fuit, natione Germanus, Bonæ natus, oppidũ est ad Ripam Rheni, non procul a Colonia Agripina constitutum, cuius Henrici meritis deus multa, & præclara miracula dignatus est facere, vt nostri annales testãtur.

Hoc Rege Alfonso Regnante, non multis diebus post expugnatam Olisiponem, corpus. D. Vincentij leuitæ & martyris, in ipsam vrbem, ex Sacro promōtorio, vbi diu latuit, relatum est, & in fornice summi templi, summa cum reuerentia hodierna die asseruatur. Quam rem diffuse Resendius noster graui carmine prosequutus est. E regione cuius monumenti, Alfonsi quarti regis, sepulchrum extat, eius inquam qui anno christi 1 3 4 0 Alfonso Castellæ Regi suo genero luculentum contra Alboacem Maurorum potentissimum regem subsidium tulit, cruentissimoq; ad flumen salsum, prælio, aduersum eundem Alboacem præfuit, & gloriose victor, cognomen Ad salsum victoris vulgo obtinuit. Ob quam causam ipsius regis mentionem non displicuit nobis, hoc in loco facere. Ad radicem vero huius summi templi, paulo inferius occidentem versus, interposita platea, sacellum diui Antonij, quem Paduanum vocant, admirabili structura, & mira elegantia elaboratum, se se nobis offeret, olim ipsius diui Antonij paren-

tum habitaculum, in quo quidem ipse nat9, educatusq; fuit, ex cuius natalibus non mediocriter, se se vrbs Olisipo extollit, & merito quidem, cū inter cœlites tam digne cōmuni omnium christianorum consensu, sic annumeratus relatusq; sit, vt deo toti9 christiani populi sententiam miraculorum fide confirmante, ipsius beatissimi Antonij nomen per vniuersum orbem cognoscatur, & reuerenter vbiq; gentium ab omnibus, eius memoria colatur, celebreturq;, Sup̄ cuius sacelli epistylium domus ciuica, seu vrbana curia constituta est. De cui9 ordine, serieq; regiminis, multa & præclara dicere potuissemus, si id alienum a nostro instituto non videretur. Quam obrem ad ea quæ polliciti sumus redeamus. Igitur antiquæ vrbis Olisiponis situs, collem excelsum, ad Tagi Ripam deductum vsq;, antiquitus solūmodo occupabat, nunc vero plures montes, ac valles, magnitudine amplectitur. Cuius potissima, celeberrimaq; pars orienti opposita est: qua potissimum parte, suscepto iam Tago, pelagus in latitudinem milliapassuū sex patet. Ex aduerso latere duo sinus efficiuntur: quorum vnus, Aquilonem versus in

trorsum reductus ad frequentem hactem-
pestate vicum Gallecum nomine, alter ve-
ro ad meridiem paulum deflexus, ad vicum
Conam quotidianas habēt nauigatiōes. Ab
eodem vero latere paulo inferius, oppidum
Almada situm est, in extremo frōtis, quam
Conēsis sinꝰ obliquo circuitu emittit. Quo
quidem loco pelagus a licentiosa sinus vasti
tate paulo coarctatur. Illincq; ad vrbē tra-
iectus est, passibus paulo minus quam milli
bus quatuor. Ripa vero lateris eius fere prę
cipitio in mare descendens, ac dorso in arcꝰ
similitudinem ad meridiem sese inclinans,
ad Barbarium promontorium extenditur.
Medijs his anfractibus, sinuosa, deuia, quasi
syrtes intersunt: in quibus aurum arenis in-
uolutum nostri conquirūt, eo præcipue lo
co quem Addiciam nuncupant: quod item
plerisq; locis in ipsa Tagi ripa fieri consue-
uit. Nec a veterum sententia discrepat, qui
Tagum auro, gēmisq; affluere scripserunt.
Ab hoc rursus Barbario promontorio, ad ci
teriorem litoris partem, quæ occasui subie-
cta est, in mare progreditur lunæ promon-
torium: a quo ingenti flexu, veterū Turdulo
rū fines exoriuntur. Quod litus in hāc vsq;

ætatem, a nostris, vetꝰ appellari consueuit.
Interius, non magno deinde interuallo, in
extimo Olisiponensis sinus hostio, fanum
Virgini matri, quam Ductricem appellant,
dicatum, in scopulis inspicitur, vbi noctur-
nis facibus accensis, nauigantibus iter noc-
tu præmonstratur, ne locorum ignari, ad
vada, scopulosq; vicinos, naues allidere co-
gantur. Interiora legenti Aquilonem ver-
sus, oppidum Cascale situm est, quo na-
ues onerariæ in anchoris consistentes, acce-
dente maris æstu, auram operiuntur, portu
vadoso alioqui, & anfractuoso. Modico in-
de interuallo, aduerso etiam flumine, sinus
in cubiti formam efficitur, in cuius fronte
sacellum est diui Iuliani, supra quod aliud
diuæ Catherinæ sacrum. Tum eodem late-
re obliqua ripa, propius ad vrbem acceden
ti, Betheleem Oppidulum, & ibi templum
ingens diuæ Virgini dicatum, vna cum cœ
nobio monachorum, qui diui Hieronymi
vitæ institutum professi sunt, sese offert, in
credibili sumptu, ac magnificentia, constru
ctum, diui Emanuelis regis monumentum,
quod dum viueret, sibi ipse designauit ere-
xitq;. Magnam tamen ipsi operi ad cessio-

nem Ioannes tertius Emanuelis filius, qui nunc feliciter regnat, & fecit, & facere non cessat. De qua re extat ibi in arcu celebre Resendij nostri bessalibus literis tetrastichon, quod quia a multis externis hominibus eo adcedentibus describitur, ponere non grauabor.

VASTA MOLE SACRVM DIVI
NÆ IN LITORE MATRI.
REX POSVIT REGVM MAXI
MVS EMANVEL.
AVXIT OPVS HERES REGNI
ET PIETATIS, VTERQVE
STRVCTVRA CERTANT, RE
LIGIONE PARES.

Turris vero ex aduerso, quatuor tabulatorum extat, quadrato extructa saxo, quam iactis in mare molibus, ipse etiam Emanuel Rex inædificari curauit, vti salo vndiq; circundacta, ab omni subita hostium vi, & impressione, tuta redderetur: nullæq; naues, ijs inuitis, qui turris præsidio impositi sunt, propter angustias, ad vrbem

propius auderent accedere. Hinc autem ad primum vrbis cornu, trium millium passuum interest spatium: quo excursu crebra villarum suburbanarum ædificia, mira elegantia & amœnitate constructa, licet cernere. Rura item, ac pascua, præter maximam omnis generis fructuũ copiam, summam etiam pulchritudinem, ac iucũditatẽ ipso aspectu præ se ferentia. Quod si singula quæ in vrbis ambitu insunt, persequi vellem, res profecto me longius quàm oportet distraheret. Qua propter ab instituto non longe discedamus. Vrbis igitur Olisiponis initium, ab hac parte, qua meridiem respicit, vetus regia amplissima, magnificoq; opere pulcherrima, efficit, quam Ad Sanctos nostri nuncupant. Nomen inditum loco, quod longo temporis spatio; corpora sanctorum martyrum Verissimi, Maximæ, ac Iuliæ ibi recondita fuerint, donec sub Ioanne rege eius nominis secundo translata alio fuere. Qui quidem diui, dum christum dei filium orbisq; seruatorem constanter profiterent, sub Romano pside, Olisipone passi sunt. Inde obliquo aggere, saxoq; cõstracto ad vestaliũ tẽplũ, cui diuæ Mariæ Spei no-

mẽ est,per cliuum sensim despressum itur:
vnde rursus eadem via in aduersum montẽ
conscenditur,Cuius in tergo,sacellum diuo
Rocho nuncupatum,conspicitur.Eodẽ de-
inceps tractu,in vallem amœnissimam,mœ
nibus vrbis contiguam,hortisq; vndiq; cõ
sitam,est descẽsus:quæ a sacello Eremitarũ,
diuo Antonio consecrato,nomẽ olim sump
sit.Nunc vero ijs exclusis, ab adnũtiatione
angelica deiparæ virgini facta,nomẽ habet,
& a vestalibus Dominicani instituti inhabi
tatur.Mox pari accliuitate collis nascit̃,densis
simo oliueto obsitus, vt nõ facile introrsus
inspici possit.A sup̃iori vero parte apertꝰ,
& sacello diuæ Annæ,recẽs dicato, ornatꝰ,
quod summa cum religione, & reuerentia,
magna item populi frequentia,ab omnibus
hodie visitur,& colit̃. Ab hoc subinde per
agrum compascuum,leprosaria,foroq; boa
rio interiectis,in aliam vallem non minus
fertilem,iucundamq; deuenitur.Quæ Mau
rusia nũcupatur,ex eo quod post recupera-
tam de Saracenis vrbe,eo loci permissi sunt
Mauri habitare.Cuius sinistram partẽ, quæ
ad septentrionem vergit,vbi cãpi diuæ Bar
baræ incipiunt,angelorum sacellũ diuidit.

Supra vallem hanc orientem versus,mõs ex
celsus ĩminet,recto,difficiliq; ascensu,a quo
fanum diuæ Mariæ Mõtanæ, quod in sum
mo montis culmine situm est, nomen acce-
pit.Ab hoc præterea modico flexu, vtcũq;
directo itinere,ad vrbem reditur, statimq;
obuium fit templum vetustissimum Augu
stiniẽsium monachorum,diuæ Virgini gra
tiarum sacrum,introrsus eidem vrbis muro
adhærens.Ex inde porro præteritis ditissi
mo cœnobio Vincẽtio leuitæ & martyri di
cato,canonicorũ diui Augustini,atq; Gym-
nasio non ita pridem celebri,antequã Rex
Ioannes Tertius illud Conimbricam trans-
tulisset,ad ripam Tagi decurritur,quæ aq̃-
lonare vrbis cornu ab ea parte efficit. Qua
parte amplissimum,nobilissimumq; vesta-
lium diuæ Claræ cœnobium, ad fluminis
crepidinẽ ferme attingit:indeq; auerso iti-
nere, sacelloq; diuæ virginis Paradisiacæ
interiecto, ad primam vrbis portam, quæ
Crucis dicitur,iter est. Ab illo autem Cla-
ræ templo ad regiam veterem quam Ad
Sanctos antea nominari diximus, vbi me-
ridionale vrbis cornu posuimus, rectus
margo, secundo mari ab oriente æstiuo in

ta aquarũ vi atq; impetu,quouis anni tẽpore facile agerent̃. Cæterũ lotricib9,alutarijs, fulonicisq; opificib9,plerũq; seruiunt. Non multo deinde interiecto spatio portam crucis versus,fons ali9,aut vt veri9 dicã stagnũ emergit:qui Equorũ dicitur,ꝓpterea quod per ænea statuarũ equestriũ labra,aquã ore affatim vomentiũ,instar fluuioli cursum tenet. Sunt deniq; diuersarũ aquarũ saliẽtes, fontes,puteiq; nõ pauci in om̃i parte vrbis, magnã ciuib9 cõmoditatẽ afferentes. Quos om̃es in præsenti sigillatim enumerare, nõ huius instituti multũ interesse videtur. Ad reliqua igitur vrbis ornamenta breuiter, ac summatim delibãda veniam9. Atq; vt antiquã in summa arce regiã,quæ in editiore vrbis parte posita est,(opus ipsam ãtiquitatẽ vere repræsentãs)omittamus, Olisipo septẽ in primis ingentib9 ædificijs singulari regũ nostrorũ cõsilio,sumptuq; icredibili magnificentissime extructis,hoc tẽpore illustrat̃. Horũ primum,vt a religione initium faciam9,Misericordiæ templũ est,quadrato vndiq; lapide elegãter extructum,nõ infinito prædiorũ censu,ac prouẽtibus ãnuis vberrimis,quẽadmodũ plæræque omnes nr̃æ æta-

tis Basilicæ,sed sola optimatũ,ac piorũ hominũ benignitate ita sustẽtatũ,vt prope fidem supet,quantũ in ãnos singulos ex collatitia stipe, in paupes impẽdat̃. Hui9 qui curã gerũt,sodales,siue vt expressi9 dicã,fratres Misericordiæ nũcupant̃,quib9,propter & generis,& nominis claritatẽ,& summã etiam pietatis probitatisq; existimationẽ,negotiũ defert̃. Siquidẽ illi oẽs cõmuni cõsilio pariq; animorũ volũtate,illud Misericordiæ ærariũ administrãt:quod ex fortuitis tantũ modo hominũ piorum largitionib9, eleemosynisq; cõflatũ est. Ex quo sũma sodalitij fide & integritate,nullo habito psonarũ delectu egentiũ omniũ inopiæ cõsulitur,ac ꝓuidet̃, præsertim puellarũ pupillarũ,quibus inde, iuxta cuiusq; qualitatem,dotes in matrimoniũ cõferunt̃. Tũ etiã eorũ qui graui aliquo incõmodo,aut calamitate pressi,vitã in mærore,rerumq; ãgustia trahere cogunt̃. Quo fit,vt multorũ tã incolarũ,quã exterorũ mẽtes,ad largiẽdũ alliciat,perpetu9 ille ordo, incorruptaq; ratio ærarij quotãnis in paupes exhauriendi. Nihil em̃ in eo pecuniæ vltra ãnuũ tẽp9 asseruari fas est,nec itẽ prouẽt9 habẽt,nec ex instituto legibusq; sodalitij

habere licet. Quod sane eo magis admiratione dignum videt̃, quod ex ærario amplius viginti quatuor aureorũ ducatorũ millibus in singulos annos constet egentib9 erogari. Quin nõ nullis annis numerũ quadraginta milliũ æquasse vel superasse, cõpertum est. Secũdo loco sequit̃ alterũ Misericordiæ, ac humanitatis exẽplũ, valetudinariũ videlicet cõmune pauperũ, infirmorũq; hominũ, nomine Omniũ sanctorũ, nõ magnificẽtia ædificiorũ, nõ sumptuũ magnitudine, nõ deniq; benignitate erga paupes, varijs corporis morbis conflictatos, & expositos infantes quos nutriẽdos alẽdosq; curat, priori illi cedens. Id quatuor diuiditur claustris, hortisq; amœnissimis, porticibusq; quatuor & triginta, quibus circuncirca continenter adhærent ædes magnificæ, triclinijs, lectis, culcitrisq; mundissimis decenter ornatæ. Ibi pauperes ægrotantes benigne, liberaliterq; excipiuntur: nec nisi recuperata in integrũ valetudine, inde dimittuntur, dato insuper quibusdam viatico, quo se non paucos dies, dum firmiores, valentioresq; effecti fuerint, sine vllo labore, ac molestia sublevare possint. His porro quæstorum, cu-

ratorũ, medicorũ, pharmacopolarũ, cæterorumq; ministrorũ dom9 recte distinctis ordinib9 cõiunctæ sunt: vt infirmis, si quis casus necessitas ve acciderit, presto semper adsint, diesq;, noctesq; pro se quisq; sedulo diligẽterq; inseruiãt: adeo vt inter reliq̃ regia xenodochia q̃bus ãplissimis celeberrimisq; Hispania passim p̃ter cęteras orbis christiani prouincias referta est, nostrum hoc facile principatũ sibi vẽdicet. Pro hui9 vero foribus cãpus patet apertus, planus vndiq;, quadrato ædiũ pulcherrimarũ ordine circũdatus, a quo diui Antonij, & Maurusia valles, quarũ supra mẽtionem fecim9, in deltæ literæ figurã se cõtingũt, ac diuersis postea plateis ĩ corij bubuli similitudinẽ, detracta cauda, explicãtur, mare versus decurrentes. Ad dextrũ deinde eiusdẽ xenodochij latus, mediũ inter aquilonem & occidẽtẽ, diui Dominici tẽplum situm est, ac collegiũ celeberrimũ, cui9 ex aduersa frõte cãpo interiecto occidẽtem versus, tertiũ extat monimẽtũ, a Diuo Petro, Ioãnis regis huius nominis primi filio, sumptu publico cõstructũ, dom9 re vera ãplissima, mirificoq; opere admodũ cõspicua. Quã eo tantum cõsilio inibi, dũ nomi

ne Alfõſi quinti,ſui ex fratre nepotis, regni
regimẽ ſuſtinuit,extrui imperauit,vti exte-
rarũ gentiũ regũq; legatis,eo loci hoſpitiũ
præberetur:publicisq; ſumptibꝰibidẽ libe
raliter magnificeq; exciperentur.Inde ſi re
cto itinere ad litus ire perrexeris,relictis ad
dexterã in loco eminentiore cœnobijs Car-
melitarum,Franciſcanorũ,ac ordinis Trini
tatis,magnifica,ſumptuoſaq; ſtructura no-
biliſſimis,regiã nouã plateã, anagliptarijs,
annularijs,cælatoribus,vaſcularijs,fabris ar
gentarijs,& ærarijs, aurarijs, item argenta-
rijsq; refertiſſimam,præteriens,in aliam eo
dem pariter nomine nouam mercatorum,
continuo flectens ad ęuam,deuenies, cæte-
rarum omnium longe latiſſimã, ædificijsq;
pulcherrimis,vtrinq; exornatã.Illuc omni
bꝰ fere ex partibꝰ orbis,& gẽtibꝰ,quotidie
mercatores certatim cõueniũt,maximo ho-
minũ cõcurſu atq; freq̃ntia,ꝓpter cõmercio
rũ portusq; opportũitatẽ.Eadẽq; via cõtra
ſeptẽtrionẽ ꝓgrediẽti,ad ęuã portoriũ vetꝰ
obijcit:vbi ꝑ mercibꝰ ĩportatis,publica regi
vectigalia nuꝑ pẽdebant.E regiõe huiꝰ por
torij forũ qđ veteris pali vocat appet,ĩ quo
ſemꝑ nõ paucꝰ hoĩes mẽſis aſſidẽtes repies,

quos notarios vel librarios vocari poſſimꝰ,
nullis tamen ciuitatis miniſterijs obligatos.
Hi oẽs ex hoc vitę genere ſibi alimentũ ſup
peditãt,qđ omniũ accedẽtiũ,mentesq; ſuas
explicãtiũ,ſenſum aſſequant,ordineq; ĩ eo-
dẽ ipſo loco, ſubito ſchedis,ſcribant petẽti-
bꝰq; dato,ꝓ ratiõe materię pręcio,tradãt,in
tãtũ,vt literas,epiſtolasq; amatorias,elogia,
oratiões, epitaphia,carmina,laudes, parẽta
lia,petitiones,ſyngrapha,& cuiuſcũq; gene
ris alia q̃ ab eis poſtulaueris,ad ea hẽant diſ
poſitũ ſcribẽdi ſtilũ.Qđ nullibi in totiꝰ Eu
ropę vrbibꝰ fieri vidi.Vnde Oliſipõis mag
nitudinẽ,& hominũ freq̃ntiã facile quis iu-
dicabit.Dehinc recto itinere ad tẽplũ Miſe-
ricordię,de quo iã diximꝰ,iter eſt,contraq;
eiꝰ veſtibulũ ex oriẽtali latere,quartũ appa
ret ędificiũ,regis Ioãnis hoc nomine tertij,
ꝑpetua memoria digniſſimũ.Duplex nẽpe
magnificarũ ędiũ ſtructura,totidẽ portici-
bꝰ,vtrinq; triginta duobꝰ arcubꝰ,octogin
taq; cellis exornata,ãguſta, ęqualiq; areola
ĩteriecta:quã domũ frumẽtariã reipublicæ,
ac q̃ſi Luſitanię nutricem merito nominare
poſſis.Ea ſiqdẽ mẽte horreũ ibi publicũ a re
ge optimo ac prudẽtiſſimo cõſtitutũ eſt: vt

ſublato frumẽti leguminũq; oĩu; portorio,
qđ non ſine fiſci magno detrimẽto, ipẽ om-
niũ regũ Luſitanię prim9 plebi elargit9 eſt.
Speq; ingẽtis q̃ſt9 mercatorib9 ꝓpoſita, fru
mẽtũ vndiq; ab eis cõuehit̃. Eo pacto bre-
ui plebs ãnonę caritate ſubleuatur. Qđ ſane
magno reipublicę cõmodo factũ eſſe nuper
expti ſum9. Poſt hui9 tergũ, nouũ portoriũ
inhęret, ipſã maris crepidinẽ attigẽs, imanis
q̃dã lapidũ moles, tignis trabalib9 cõfertim
ĩmiſſis, ac ſiſtucationib9 in mare adactis, ſuf
fulta, regisq; eiuſdẽ iuſſu, ſumptuq; cõſtru-
cta, cui merito ob ędiũ magnificẽtiã, & opis
pulchritudinẽ, quitũ in hoc ordine locũ tri-
buẽdũ eſſe duxim9. Eodẽ tractu ſecũdo ma-
ri, campus latus admodũ ineſt, a noua por-
torij, horreiq; ſtructura, tũ a ſeptẽtrionali,
tũ ab occiduo latere, pulcherrimarũ ędiũ ſe
rie circunſeptus, tũ maxime a meridionali,
porticu iucũdiſſima aſpectu, ad lit9 vſq; or
natu ſũmo, deduct9. Nã aliud lat9 qđ oriẽtẽ
hibernũ reſpicit, mare ĩcludit. In eo forũ in
eſt piſcariũ, vnaq; forũq; cupedinis cõſtitu
tũ, quo cetarij, fartores, cupedinarij, lanij,
panifices, dulciarij, gregati quotidie cõcur-
rũt, oĩa quę ad vrbẽ veſcẽdi cauſa afferunt̃,

vẽdẽtes. Pręterea, ꝓpolarũ, inſtitorũ, caupo-
nũ, ſtabulariorũ, linteonũq; tabernæ ibidẽ
ĩſtructiſſimę viſunt̃. In hoc vero piſcario fo
ro, certa quãtitas corbiũ depoſita eſt, magiſ
tratuũ edicto, qb9, cimbis piſcatorijs appul
ſis, piſces a mediaſtinis in forũ ad vẽditrices
aduehunt̃. Hi quidẽ corbes ſingulis annis a
magiſtratu, piſcatorib9, plus min9, duobus
millib9 ducatorũ locant̃. De qua ſane re, an
cauſa adaucti vectigalis, ciuitati cõgratuler,
an tã latẽtẽ tyrãnidis ſpeciẽ reprobẽ, dubi9
& ꝑplex9 ſum. Nec huic loco talia conſerui,
niſi vt vrbis opulẽtiã externis hominib9 pa
tefacerẽ. In hui9 verõ cãpi occiduo ſinu, eo
dẽ piſcario foro a tergo relicto, mercatoꝗ;
panificũ, holitorũ, fructuũ vẽditorũ, aucu-
pũq; interiecto, necnõ macello, domus quã
nr̃i Septẽſem nominãt, ſita eſt, ĩ qua regn̄ ꝑ-
fecti negotia ad bellum Africanũ ſpectantia
expediunt. Nõ ꝓcul p̃terea ab hac domo, cõ
tiguo ędiũ ordine, ſextũ monumẽtũ, opę ad
mirabili factũ, extat, p̃da ſpolijsq; multarũ
gẽtiũ regũq; refertiſſimũ, quod ab indicis
negotijs, q̃ ibi pertractant̃, domũ Indicã vul
g9 noſtrũ appellat. Attamẽ meo quidẽ iudi
cio, aromatũ, margaritarũ, carbũculorũ, ſma

ragdorū,aliarūq; ei9generis gēmarū,q̄ quo
tānis ad nos ex India deportant̄,ēporiū co-
piosissimū,cū auri quoq; & argēti facti infe
ctiq;,horreū āplissimū veri9 appellare pote
ris,qđ cellas ibi quā plīmas miro artificio,
atq;ordine distributas,maxima oīum harū
rerū copia affluētes,ab oīb9 cōspici posse pa
lā est,vt me hercules,fidē res superatura sit,
nisi id oīum oclis obijci,manib9q; in horas
pene cōtrectari viderem9. Proinde ex regia,
quā ibi desup. D. Emanuel amplissimā,&
sūptuosissimā sibi fabricat9 erat,portic9lati
ssima velut musculus,vt demōstrauimus(a
qua cāp9 de quo paulo āte mētionē fecim9
a meridiōali latere sepit̄)in mare ꝓrūpit,in
cui9 frōte ad oriētē vers9,turris vndiq; qua
drato saxo mire exculta,litori imminet. Ad
hoc ibidē ī ipso litore aliud ędificiū ope mi
rabili a fūdamētis modo facere occepit potē
tissim9 Ioānes. III, Rex dn̄sq; noster,qđ cū
deo diuisq; ꝓpitijs ad exitū ꝑduxerit, octa-
uū locū ciuitatis ornamēti obtinebit,ac reli
quis oībus palmā facile ꝑripiet. Postremo ei
regiæ,quā dixim9 Emanuelē ędificasse, e re
giōe hui9 noue īstructurę,occidētē vs9,pla
tea īterposita,cōtiguū est septimū,vltimūq;

publicū monumētū,cellis quā plīmis, ac tri
clinijs quaq̄uersū artificiose fabrefactis īstru
ctū,vt ob īteriorū ędiū multiplices recess9,
adit9q; diuersos,Labyrinthū esse vere existi
mes. Ibi Reges nr̄i armamētariū īgēti armo
rū oīs generis copia refertū cōstituerūt,ma
chinarū itē,& tormētorū,tū rerū oīum q̄ ad
bellū terra mariq; gerēdū ꝑtinēt apparatu,
adeo instructū,vt cęteris om̄ib9,q̄ Europa
Asia ve hodie instructissima copiosissimaq;
hēre fert̄,quorū optimā ꝑtē vidim9,& mul
titudine machinarū,& infinito armorū telo
rūq; numero facile p̄stet. Id vero hoc argumē
to me cuiuis facili9 ꝓbaturū puto;qđ rex in
ordinarijs tm̄ naualib9 expeditiōib9, naues
plures ducētis oīu3 generū ꝑpetuo īstructu,
optimeq; armatas in Asia, Africa, Europaq;
hēre cogit̄. Trib9 autē harū ędiū cellis,q̄dra
ginta millia peditū armatorū corpa, ac tria
millia cataphractorū ītegra q̄si ex deposito
diligētissime,nitidissimeq; custodiunt̄,p̄ter
ea q̄ ad quotidianos & extraordinarios mo
t9 deꝓmunt̄. Bōbardici quoq; generis, Mor
tarios, Scorpiones, Basiliscos, Leones, Colu-
brinos, Camelos, Petrarios, Disꝑsores. Rup
toresq; inusitatæ magnitudinis, & pōderis,

tũ reliquorũ etiã vulgariũ missiliũ, quos Fal
cones, Bercios, Sclopposq; vulgus appellat.
Pulueris itẽ, & globorũ, tã ex saxo q̃ ex fer-
ro tãtã vim & copiã asseruari cõpertũ est, vt
si singulas oiũ diuersasq; formas, numerũ
põdusq;, per partes explicare coner, verear
ne falsa ijs, ꝓ veris huic opi videar iseruisse,
quib9 hec legẽdo dũtaxat, vel audiẽdo per-
cipe sufficiet. Ad reliq̃ igit̃ pergamus. Vrbs
ex ea parte qua mari adluit̃, vt paulo ãte de-
mõstrauim9, vt pote nobilissima ei9 parte,
portis duab9, & viginti distinguit̃: pars v̄o
q̃ cõtinẽtẽ respicit, sedecim, quib9 oib9 ꝓp-
ter infinitã hoĩum multitudinẽ, eiusq; ãbitũ
latissimũ, maxime indigere videt̃. Turribus
autẽ per murorũ gyrũ septuaginta septẽ mu
nit̃. Tẽpla vero q̃ a grecis parœciæ appellã-
tur, ĩ quib9 sacramẽta fidelib9 oib9 submini
strant̃, quinq̃ & viginti numerant̃, ꝑter ea q̃
ꝑlima monachis, Anachoritis, vestalibusq;
virginib9 sunt attributa. Huic loco nõ nihil
in laudẽ eccl'iasticæ musicę adijciã, idq; ve-
rissimũ cõpertissimũq; inter oẽs ciues habe
tur. Nẽpe qd' in ꝑcipuis ãni festis diebus, ex
ipsa vrbe Olisipone, vltra trigĩta absolutos
cãtorum choros, ad sacra modulato cãtu, in

pagis villisq; circũvicinis canenda, vna die
cuncti exeãt: oib9 vrbis tẽplis, in quibus mu
sica modulata canit̃, ex eo nihil detrimenti,
ad suas celebrãdas festiuitates capiẽtib9. So-
cietates vero quas confraternitates vocant.
cxxxi. sunt, in quarum vsum ingẽs a sodali-
bus quotãnis cõflatur pecunia, q̃ in paupes,
& alios vsus necessarios summo ordine, elar
git̃. Qd' autẽ ad loci, situsq; salubritatẽ, & ae
ris tẽperamẽtũ attinet, tãta certe soli, cæliq;
clemẽtia, & amœnitas est, vt nullo fere vnq̃
anni tẽpe, nec ęstas, nec hyems ĩmoderata
sentiat̃, quo factum est, vt multi mortales ex
diuersis nationibus, terrisq; remotissimis,
cæli puritate perlecti, illuc cõmigrarint: de-
relictoq; solo natali, & patriæ cura postha-
bita, perpetuã ibi sedem, vitæq; domiciliũ
posuerint. Vrbis vero territorium, suburba
nis, rusticisq; villis ædificijsq; magnificis,
quocũq; oc'los verteris, ꝑpter agri fœcũdita
tẽ vndiq; refertũ videas, tãta etiã hoĩum fre
q̃ntia, vti secũdis iãpridem reb9, ꝑpetuaq;
pace cũ finitimis parta, cõplures iã ruri po-
ti9, q̃ ĩ vrbe cõmorãdi desyderium teneat̃.
mis, regiam nouam plateam, anagliptariis, annulariis, cœlatoribus, vascularìis, fabris argentariis, & ærariis aurariis, item argentariisque refertissimam, præteriens, in aliam eodem pariter nomine nouam mercatorum, continuo flectens ad lævam, devenies, ceterarum (1) omnium longe latissimam, ædificiisque pulcherrimis, vtrinque exornatam. Illuc omnibus fere ex partibus Orbis, & gentibus quotidie mercatores certatim conveniunt maximo hominum concursu atque frequentia, propter commerciorum portusque opportunitatem. Eademque via contra Septentrionem progredienti, ad lævam portorium vetus objicitur: vbi pro mercibus importatis publica regi vectigalia nuper pendebantur. E regione huius portorii forum, quod ueteris pali vocatur, apparet, in quo semper non pauci homines mensis assidentes reperies, quos notarios, vel librarios vocare possimus, nullis tamen civitatis ministeriis obligatos. Hi omnes ex hoc vitæ genere sibi alimentum suppeditant, quod omnium accedentium, mentesque suas explicantium, sensum assequantur, ordineque in eodem ipso loco subito schedis scribant, petentibusque dato pro ratione materiæ pretio tradant, in tantum, vt literas, epistolasque amatorias, elogia, orationes, epitaphia, carmina, laudes, parentalia, petitiones, singrapha, & cuiuscunque generis alia, quæ ab eis postulaveris ad ea habent dispositum scribendi stylum, quod nullibi totius Europæ vrbibus fieri

(1) C. traz *ceterorum*, erradamente.

Continuando em linha recta até à praia, ficam à direita, em lugar mais elevado, os conventos das Carmelitas (1), dos Franciscanos (2) e da Santíssima Trindade (3), notabilissimos pela construção magnífica e sumptuosa. Passando ao longo da Rua Nova, onde abundam os gravadores, joalheiros, ourives, douradores, e casas de escambo, voltando sempre à esquerda, chega-se a outra rua chamada também Rua Nova dos mercadores, muito mais vasta do que as outras ruas da cidade, adornada, dum lado e doutro, com belos edifícios. Aqui se juntam, todos os dias, os comerciantes de quási todos os povos e partes do mundo, com extraordinário concurso de gente, por causa das facilidades que o comércio e o porto oferecem.

Indo na mesma direcção e pelo mesmo caminho para o norte, fica, à esquerda, o antigo posto fiscal, onde, há pouco, se pagavam ao rei os impostos pelas mercadorias importadas.

Em frente do posto, aparece a praça que se chama Pelourinho Velho; aqui se vêem sempre muitos homens, sentados diante de mesas, aos quais se pode dar o nome de tabeliães ou amanuenses,

(1) Mais ou menos o convento do Carmo, com as suas ruínas e Largo do Carmo, Rua do Carmo.

(2) Onde é agora a Biblioteca Nacional, Museu de Arte Contemporânea e Escola de Belas Artes, Govêrno Civil. Ainda se conserva o nome de Calçada de São Francisco.

(3) O convento da Trindade ruíu com o terramoto.

vidi. Vnde Olisiponis magnitudinem, & hominum frequentiam facile quis iudicabit. (1)

Dehinc recto itinere ad templum Misericordiæ de quo iam diximus, iter est, contraque ejus vestibulum ex orientali latere quartum apparet ædificium Regis Ioannis, hoc nomine tertii, perpetua memoria dignissimum. Duplex nempe magnificarum ædium structura, totidem porticibus, utrinque triginta duobus arcubus, octogintaque cellis exornata, angusta, æqualique areola interiecta, quam domum frumentariam Reipublicæ, ac quasi Lusitaniæ nutricem merito nominare possis. Ea siquidem mente horreum ibi publicum a Rege optimo ac prudentissimo constitutum est: vt sublato frumenti leguminunque omnium portorio, quod non sine fisci magno detrimento ipse omnium regum Lusitaniæ primus plebi elargitus est. Speque (2) ingentis quæstus mercatoribus proposita, frumentum vndique ab eis convehitur (3). Eo pacto brevi plebs annonæ caritate subleuatur, quod sane magno Reipublicæ commodo factum esse nuper experti sumus. Post huius tergum novum portorium inhæret, ipsam maris crepidinem attingens, immanis quædam lapidum moles, tignis trabalibus confertim immissis, ac fistucationibus in mare adactis suffulta, regisque eiusdem iussu sumptu-

(1) C. escreve: *facile iudicabis.*

(2) H. I. e C. têm outra pontuação melhor: *elargitus est, speque.....*

(3) Não encontrámos explicação para êste *convehitur;* deve ser *convehatur* ou melhor, *conveheretur.*

embora não tenham cargo oficial. Ganham a vida dêste modo: ouvindo os que a êles acodem e lhes expõem as suas intenções, escrevem folhas de papel que entregam aos requerentes, recebendo a paga conforme o assunto, de modo que sempre estão a postos para redigir cartas, mensagens amorosas, elogios, discursos, epitáfios, versos, louvores, orações fúnebres, petições, notas e coisas dêste jaez que se lhes pedem. Nunca vi fazer coisa semelhante noutras capitais da Europa. Por tudo isto fàcilmente se pode avaliar a grandeza de Lisboa e o número dos seus habitantes.

Continuando daqui em linha recta para a Misericórdia, de que já falámos, ressalta à vista, encostado ao vestíbulo, na ala oriental, o quarto monumento, digno de eterna lembrança do rei Dom João III: — fábrica dupla (1) de construções magníficas, com outras tantas galerias, trinta e dois arcos de ambos os lados, e oitenta armazéns, tendo ao centro um pátio, liso e não muito amplo. Com justiça se lhe pode atribuir o nome de celeiro da nação e ama de Portugal. O rei magnífico e previdente mandou fazer êsse celeiro público, por julgar, que, se fôsse abrogado o imposto sôbre o trigo, cereais e legumes, (imposto que êle antes de nenhum outro rei de Portugal, com prejuízo do fisco, fazia distribuir pelo povo), e se se desse aos co-

(1) Não se percebe bem esta frase: *duplex structura.* Deve ser edifício com *duas alas.*

que constructa, cui merito ob ædium magnificentiam, & operis pulchritudinem, quintum in hoc ordine locum tribuendum esse duximus.

Eodem tractu secundo mari campus latus admodum inest, a nova portorii, horreique structura, tum a septentrionali, tum ab occiduo latere, pulcherrimarum ædium serie circumseptus, tum maxime a meridionali, porticu iucundissima aspectu, ad litus usque ornatu summo deductus. Nam aliud latus quod orientem hibernum respicit, mare includit. In eo forum inest piscarium, vnaque forum cupedinis constitutum, quo cetarii, sartores, cupedinarii, lanii, panifices, dulciarii, gregati quotidie concurrunt, omnia, quæ urbem vescendi causa afferuntur, vendentes. Præterea, propolarum, institorum, cauponum, stabulariorum, linteonumque tabernæ ibidem instructissimæ visuntur. In hoc vero piscario foro certa quantitas corbium deposita est, magistratuum edicto quibus cimbis piscatoriis, appulsis, pisces (1) a mediastinis in forum ad venditrices advehuntur. Hi quidem corbes singulis annis a magistratu piscatoribus plus minus duobus millibus ducatorum locantur. De qua sane re, an causa adaucti vectigalis civitati congratuler, an tam latentem tyrannidis speciem reprobem, dubius & perplexus sum. Nec huic loco talia conserui, nisi vt vrbis opulentiam externis hominibus patefacerem. In huius vero campi occiduo sinu, eodem piscario foro a tergo relicto, mercatoque panificum, holitorum, fructuum venditorum, aucupumque

(1) C. escreve *iussis* em lugar de *pisces*.

merciantes esperança de lucros avantajados, traríam estes para ali, vindas de tôda a parte, as suas mercadorias. Êste processo administrativo aliviou, em breve a carestia do povo, o que realmente, como ainda há pouco experimentámos, contribuíu para grande proveito da nação.

À parte posterior dêste edifício está encostado o quinto monumento, a nova alfandega, que se estende até à orla do mar. É uma mole imensa de pedra, escorada com grandes traves, muito juntas, espetadas a maço no mar, construída à custa e por ordem do mesmo rei. Por tal motivo, atendendo à grandiosidade do edifício e beleza da construção, julguei-me obrigado a dar-lhe nesta série de edificações, o quinto lugar.

Seguindo a mesma direcção, a favor da corrente do mar, começando na nova alfândega e no celeiro, encontra-se um campo dilatado, fechado ao norte e ao poente por belas construções, e, ao sul, por uma colunata digna de ver-se; o lado oriental do campo está limitado pelo mar.

Neste vasto terreiro, ficam o mercado do peixe e dos doces, aonde acorrem, todos os dias, peixeiros, hortelãos, confeiteiros, cortadores, pàdeiros, doceiros, para venderem o que trazem para alimento da cidade; vêem-se lojas de comidas, de vinhos, de tendeiros, de estalajadeiros, de tecelões. No mercado de peixe, há grande quantidade de cestos, postos ali por determinação da autoridade, nos quais, logo que atracam os barcos dos pescadores, o peixe é transportado por escravos para as vendedeiras da praça. Estes cestos são alugados todos

interiecto nec non macello, domus, quam nostri Septensem nominant, sita est, in qua regii præfecti negotia ad bellum Africanum spectantia expediunt.

Non procul præterea ab hac domo, contiguo ædium ordine, sextum monumentum opere admirabili factum extat, præda, spoliisque multarum gentium, regumque refertissimum, quod ab Indicis negotiis, quæ ibi pertractantur, domum Indicam vulgus nostrum appellat. Attamen meo quidem iudicio, aromatum, margaritarum, carbunculorum, smaragdorum, aliarumque eius generis gemmarum, quæ quotannis ad nos ex India deportantur, emporium copiosissimum, tum auri quoque & argenti facti, infectique horreum amplissimum verius appellare poteris, quod cellas ibi quamplurimas miro artificio, atque ordine distributas, maxima omnium harum rerum copia affluentes, ab omnibus conspici posse palam est, vt mehercule fidem res superatura sit, nisi id omnium oculis obiici, manibusque in horas pene contrectari videremus. Proinde ex regia, quam ibi desuper Dominus Emmanuel amplissimam, & sumptuosissimam sibi fabricatus erat, porticus latissima, velut musculus, vt demonstravimus (a qua campus de quo paulo ante mentionem fecimus a meridionali latere sepitur) in mare prorumpit, in cujus fronte ad Oritem versus, turris vndique quadrato saxo mire exculta litori imminet. Ad hoc ibidem in ipso litore aliud ædificium opere mirabili a fundamentis modo facere occepit potentissimus Ioannes III Rex, Dominusque noster, quod cum Deo Divisque

os anos aos pescadores por uns dois mil ducados. Eu, porém, estou indeciso ao falar disto, e não sei se hei de felicitar a nação pelo aumento da renda, ou se devo reprovar aquela espécie de tirania latente.

Mas eu não pretendi trazer para aqui tal assunto a não ser para mostrar aos estrangeiros a opulência da capital.

No refêgo ocidental dêste campo, deixando atrás a praça do peixe, e passando o mercado dos pàdeiros, dos vendedores de hortaliça e de fruta, dos passarinheiros, e a praça dos comestíveis, fica situado um edificio, que nós chamamos a «casa de Seuta» onde os comissários régios tratam das questões relativas à guerra de África. Não longe desta casa, num lanço pegado de edifícios, levanta-se o sexto monumento, de obra e feição maravilhosas. Ali se acumulam abundantes despojos de combates e lutas com muitos povos; ali se tratam os negócios da Índia, e, por isso, lhe dão o nome de «Casa da Índia». Contudo, a mim me parece que se deve chamar o empório dos aromas, pérolas, rubis, esmeraldas e de outras pedras preciosas, que, de ano em ano, nos são trazidas da Índia; talvez, com maior verdade, se lhe pudesse chamar o armazém da prata e do ouro, quer em barra, quer trabalhado. Ali estão patentes, para quem os quiser admirar, inúmeros compartimentos, distribuídos com ordem e arte, tão recheados com aquelas preciosidades tôdas, que — palavra! — mal se poderia acreditar, se os olhos não vissem tais maravilhas e as mãos não lhes tocassem.

propitiis ad exitum perduxerit, octavum locum civitatis ornamenti obtinebit, ac reliquis omnibus palmam facile præripiet.

Postremo ei regiæ, quam diximus Emmanuelem ædificasse, e regione huius novæ instructuræ, Occidentem versus, platea interposita contiguum est septimum, ultimumque publicum monumentum, cellis quamplurimis, ac tricliniis quaqua versum artificiose fabrefactis instructum, ut ob interiorum ædium multiplices recessus, aditusque diversos labyrinthum esse vere existimes. Ibi Reges nostri armamentarium ingenti armorum omnis generis copia refertum constituerunt, machinarum item & tormentorum, tum rerum omnium, quæ ad bellum terra marique gerendum pertinent, apparatu adeo instructum, vt ceteris omnibus, quæ Europa, Asiave hodie instructissima copiosissimaque habere fertur, quorum optimam partem vidimus, & multitudine machinarum, & infinito armorum, telorunque numero facile præstet. Id vero hoc argumento me cuivis facilius probaturum puto, quod Rex in ordinariis tantum navalibus expeditionibus naves plures ducentis omnium generum perpetuo instructu, (1) optimeque armatas in Asia, Africa, Europaque habere cogitur. Tribus autem harum ædium cellis quadraginta millia peditum armorum corpora, ac tria millia cataphractorum integra quasi ex deposito diligentissime, nitidissimeque custodiuntur, præter ea, quæ ad quotidianos & extraordinarios motus depromuntur. Bombardici

(1) C. diz *instructas*.

Desde o paço real que Dom Manuel mandou construir para si, com tôda a grandeza e sumptuosidade, sai um pórtico de colunas, enormíssimo, que avança para o mar, como uma máquina de guerra. (1) (É êste edifício que limita pelo sul o campo ou terreiro a que já aludimos). Na parte anterior, ao nascente, ergue-se, sobranceira à praia uma tôrre, de pedra muito bem trabalhada. Junto àquele, mandou há pouco, o poderosíssimo rei Dom João III, nosso senhor, erigir, desde os alicerces, outro edifício, de construção admirável. Quando, com o auxílio de Deus, estiver acabado, ocupará o oitavo lugar nas belezas da cidade, e, sem dúvida, levará a palma aos outros monumentos citadinos.

Finalmente, perto do Paço do Rei, que dissémos ter sido edificado por Dom Manuel, e na parte oposta a esta construção nova, para o ocidente, correndo de permeio um terreiro, encontra-se o sétimo e último monumento público, com grande número de divisões e dependências, em todos os sentidos, adornadas e trabalhadas com arte, com tantas entradas e saídas nos compartimentos interiores, que se assemelha a um verdadeiro labirinto.

Estabeleceram aqui os nossos reis o arsenal de guerra; aqui se amontoam armas de tôda a espécie, máquinas bélicas, morteiros, e tudo o mais que serve para combates por terra e mar, em tal quantidade que suplanta fàcilmente todos os arsenais, embora muito apetrechados e recheados, da Eu-

(1) Era o Paço da Ribeira.

quoque generis Mortarios, Scorpiones, Basiliscos, Leones, Colubrinos, Camelos, Petrarios, Dispersores, Ruptoresque inusitatæ magnitudinis, & ponderis, tum reliquorum etiam vulgarium missilium, quos Falcones, Bercios, Sclopposque vulgus appellat: Pulueris item, & globorum tam ex saxo, quam ex ferro tantam vim & copiam asseruari compertum est, vt si singulas omnium, diversasque fortum est, numerum, pondusque per partes explicare comer verear ne falsa iis pro veris huic operi videar inseruisse, quibus hæc legendo dumtaxat, vel audiendo, percipere sufficiet. Ad reliqua igitur pergamus.

Vrbs ex ea parte qua mari adluitur, vt paulò ante demonstrauimus, vtpote nobilissima eius parte, portis duabus, & viginti distinguitur: pars vero, quæ continentem respicit, sedecim; quibus omnibus, propter infinitam hominum multitudinem, eiusque ambitum latissimum, maxime indigere videtur. Turribus autem per murorum gyrum septuaginta septem munitur. Templa vero, quæ a Græcis parœciæ appellantur, in quibus sacramenta fidelibus omnibus subministrantur, quinque & viginti numerantur, præter ea, quæ plurima Monachis, Anachoritis, (1) Vestalibusque virginibus sunt attributa. Huic loco non nihil in laudem ecclesiasticæ musicæ adiiciam, idque verissimum compertissimumque inter omnes ciues habetur, nempe quod in præcipuis anni festis diebus, ex

(1) C. escreve *Anachoretis.*

ropa e da Ásia. Vi eu muitos dêsses museus de armas, mas o nosso é mais rico, não só pela quantidade das máquinas de guerra, como pelo número quási infinito de armas e lanças.

Julgo que ainda há outra razão plausível para provar tudo isto: é que o rei vê-se na obrigação de ter, só para as expedições navais ordinárias, na Ásia, na África e na Europa, apetrechados e aparelhados permanentemente, mais de duzentos navios de tôdas as categorias.

Em três salas dêste edifício estão guardadas, como em depósito, com tôda a diligência e com o máximo asseio, quarenta mil armaduras de infantaria e mais três mil armaduras de cavaleiros, completas e inteiras, fora as que são tiradas para exercícios diários e extraordinários. Também aqui se guardam peças de artilharia, de tôdas as espécies, morteiros, escorpiões, basiliscos, leões, colubrinas, camelos, pedreiros, dispersores, bombardas de descomunal grandeza e pêso, assim como outras armas vulgares de arremêsso que o povo chama falcões, berços, espingardas; e tanta abundância de pólvora e quantidade de balas de pedra e ferro, que se eu tentasse esmiuçar e descrever a forma, a diversidade, o número e o pêso de tudo, creio que se poderia supôr que apresento nesta obra, contos falsos em lugar de factos verdadeiros.

Por isso contentem-se com ler e ouvir estas coisas.

Voltemos, pois, ao que ainda falta dizer.

A cidade, pelo lado em que é banhada pelo mar, como acima já mencionámos, tem vinte e

ipsa vrbe Olisipone, [1] vltra triginta absolutos cantorum choros, ad sacra modulato cantu in pagis villisque circum vicinis canenda, vna die cuncti exeant, omnibus vrbis templis, in quibus musica modulata canitur, ex eo nihil detrimenti ad suas celebrandas festivitates capientibus. Societates vero, quas confraternitates vocant, C.XXXI [2] sunt, in quarum vsum ingens a sodalibus quotannis conflatur pecunia, quæ in pauperes, & alios vsus necessarios summo ordine elargitur.

Qvod ad loci, situsque, salubritatem, & aeris temperamentum attinet, tanta certæ soli, cælique clementia, & amœnitas est, vt nullo fere vnquam anni tempore, nec æstas, nec hyems immoderata sentiatur; quo factum est, vt multi mortales ex diversis nationibus, terrisque remotissimis, cæli puritate pellecti, illuc commigrarint, derelictoque soli [3] natali & patriæ cura posthabita, perpetuam ibi sedem, vitæque domicilium posuerint. Vrbis vero territorium suburbanis, rusticisque villis, ædificiisque magnificis, quocumque oculos verteris, propter agri fœcunditatem vndique refertum videas, tanta etiam hominum frequentia, vti secundis iam pridem rebus, perpetuaque pace cum finitimis parta, complures jam ruri potius, quam in vrbe commorandi desiderium teneat. Agros enim passim non vicis, pagisque solum, sed templis

(1) C. traz *Ulisipone.*

(2) C. diz: *centum & triginta et unae.* Não se compreende êste *unae.*

(3) Todos escrevem *soli natali;* deve ser *solo natali.*

duas portas, por ser a parte mais nobre; na parte que dá para terra, tem dezasseis. E precisa delas tôdas, por causa do número e movimento dos habitantes, e da extensão do perímetro.

Está defendida, ao longo das muralhas, por setenta e sete tôrres.

As igrejas, chamadas paroquiais, por nelas se administrarem os sacramentos aos fiéis, são em número de vinte e cinco, sem contar outros templos que pertencem aos frades, aos religiosos que vivem em clausura e freiras.

Não posso deixar de acrescentar aqui merecidos louvores à música religiosa. Todos sabem perfeitamente como, nas principais festas do ano, saem da capital mais de trinta grupos corais completos, para cantar, em canto de harmonia, nas solenidades religiosas das aldeias e vilas dos arredores. Contudo, a-pesar-de saírem no mesmo dia, as igrejas da cidade, onde se canta música harmónica, não ficam desprovidas de cantores para as suas festividades.

As associações, a que chamam irmandades, são cento e trinta e uma. Todos os anos os irmãos contribuem com avultadas somas de dinheiro, que, depois, é dispendido metòdicamente com os pobres e com outros gastos necessários.

Quanto à salubridade de Lisboa e à brandura do clima, devo dizer que são tais a sua amenidade e suavidade que quási se não sente, através do ano, nem calor nem frio em excesso. Por isso acontece que para Lisboa emigram muitos estrangeiros, vindos de nações e regiões afastadas, atraí-

etiam claustrisque innumeris & ornatissimis frequentari cum tanta animi voluptate videmus, vt villæ, tam rusticæ, quam suburbanæ, numerum sexcentarum excedant. Pagos vero, qui ab vrbis magistratibus ius petere coguntur, ducentos & quadraginta numerant, inter quos sex & triginta priuatis propriisque iudiciis ac prætoribus vtuntur, suisque oppidanis iurisdicendi potestatem habent, incolarumque controuersias per se omnes diiudicant, & finiunt, nisi cum de causis capitalibus, grauioribusque agitur. Tunc enim ad summum vrbis magistratum provocatur, eiusque sententiam requirere compelluntur. Denique vt ea, quæ insigne aliquod ornamentum vrbi afferre possunt, breui velut epilogo complectamur, ad Tagi ripam quinquagesimo circiter ab vrbe lapide, flumine aduerso, oppidum Scalabis situm est, peruetus atque inter pleraque alia Lusitaniæ oppida percelebre, quod Plinius quintam Lusitaniæ coloniam fuisse, atque præsidium Iulium olim vocatum testatur (1): nostri hodie Sanctarenum (2) vocant. De qua re plura apud Resendium nostrum antiquitatis amatores inuenient. Inde quoniam in montis excelsi admodum iugo positum est, in campum apertum & planum, longe lateque despicit, qui campus Tago medius diuiditur maxima terræ fertilitate, quæ cete-

(1) Eis as palavras de Plínio: «*Uniuersa provincia diuiditur in conuentus tres, Emeritensem, Pacensem, Scalabitanum... in quibus coloniæ sunt quinque... Quinta est Scalabis, quæ præsidium Iulium uocatur. (Hist. nat.* lib. IV, c. 22).

(2) H. I. diz *Sanctaronam*.

dos pela bondade do clima, e, deixando o torrão natal e os cuidados da Pátria, aqui se estabelecem e aqui vivem por tôda a vida.

O território da cidade, para qualquer ponto para onde se volte a vista, está povoado de casas de recreio e quintas, com edifícios magníficos, por causa da abundância da terra.

E há até muitas pessoas que desejam viver no campo em lugar de habitar na cidade, porque, além de tudo correr, como corre, pròsperamente, vivemos, desde longa data, em paz duradoira com os vizinhos.

Os campos, por tôda a parte, também estão matizados de casas de campo e aldeias e igrejas e conventos, tão belos e em tão grande número que as quintas e casas de campo, nas redondezas, vão além de seiscentas.

As aldeias que dependem da justiça dos magistrados da capital são duzentas e quarenta; entre elas há trinta e seis que têm os seus tribunais e juízos próprios, com direito a administrar a justiça aos habitantes e julgar litígios e pôr termo às contendas dos aldeãos, excepto quando se trata de causas capitais e outras mais graves, porque, nesse caso, devem recorrer ao supremo magistrado da cidade e requerer-lhe a sentença.

Por fim, para num breve resumo, citar tudo o que pode contribuir para a grandeza da capital, devo dizer que na margem do Tejo, indo de Lisboa, pelo rio acima, umas cincoenta milhas, está a cidade de *Scalabis*. Dizem que é muito antiga e muito famosa, entre outras muitas da Lusitânia,

ris omnibus vsque eo præstat vt modicæ arationes quotannis, pro vallis angustia, incredibiles tritici aceruos afferant, (1) tantam autem soli vbertatem id laudis non pudebit connectere, quod multis dictu vix credibile videbitur, sexagesimo nempe post die, quam sementis fieri cœpta est, segetes momento fere temporis adultæ, ac præmaturæ secantur, teruntur, &. si libet, moluntur. (2)

Vervm vt ad propositum (3) reuertar, Tagus, qua, Scalabim adluit, vsque ad vrbem latissimo alueo defertur, atque altissimo. Nec eo contentus, interdum multos sinus vltro citroque, & insulas efficit. Eo itidem interuallo, oppida, pagi, villæque aspectu, situque gratissimæ ac amœnissimæ conspiciuntur. Medio fere cursu cis Tagum, occidentem versus, oppidum Alanquer situm est, quod vt sentit Resendius, prisca secula Gerabrigam appellabant. Locus natalis nostri, cuius nouam interpretationem, si propius inuestigare libuerit, Alanorum ecclesiam lingua saxonica sonare comperies, nec a veritatis via multum aberrabis. (4) Alanos siquidem cum vniuersam Europam cædibus, incendiisque vastando peragrassent, iis locis consedisse, eaque tantisper incoluisse ex multorum annalium

(1) C. traz *efferant*.

(2) C. escreve, sem causa, *moliuntur*.

(3) C. propõe, sem razão, *præpositum*.

(4) Como se vê, Damião de Góis faz derivar a palavra *Alanquer* da expressão saxónica, que devia soar como *Alanen kerk*. (cfr. alemão, *kirche;* holandês, *kerk).* Explicação, talvez, simplista, mas êle apresenta a seguir as suas razões.

que Plínio afirma ter sido a quinta colónia lusitana e chamada outrora *Praesidium Julium:* os nossos chamam-lhe agora Santarém. Os curiosos de antiguidades encontrarão informações copiosas àcêrca disto no nosso Rèsende.

Como a cidade fica num monte muito alto, olha sobranceira para uma extensa planície, dividida ao meio pelo Tejo, e de terra tão fértil que sobrepuja tôdas as outras, pois, com leves trabalhos agrícolas, produz anualmente, em pequenas extensões, enormes montes de trigo. Para mostrar esta fertilidade da terra, convém acrescentar, o que a muitos parecerá pouco crível, que, sessenta dias depois de lançada a semente ao solo, as searas amadurecem, e é ceifado o trigo e malhado e, se se quiser, moído.

Voltando ao meu intento, devo notar que o leito do Tejo, desde o ponto em que banha Santarém até Lisboa, é muito largo e muito fundo, e o rio forma, dum lado e doutro, várias enseadas e ilhas. No mesmo percurso, são dignas de vista fortificações ou castelos, aldeias e quintas, muito agradáveis e aprazíveis.

A meio, pouco mais ou menos, do curso do Tejo, na margem de cá, indo para o poente, fica a fortaleza de Alenquer, — a terra onde eu nasci, — e que, segundo Rèsende, os antigos chamavam Gerabriga. Todavia, se se procurar mais de perto outra interpretação do nome, chega-se à conclusão de que quere dizer, em língua saxónica, *Alanorum ecclesiam*, igreja dos alanos. E não se enganará muito quem assim opinar. Com efeito, os alanos,

monumentis compertum est, dum Gothis superuenientibus ex prouincia prorsus discedere, aliasque terras quærere coacti fuerint. Quæ gens omnis lingua, moribus, vicinitateque, Saxonibus ab origine fere semper coniuncta fuit, & ad hunc vsque diem mutuo quodam vinculo propinquitatis sese refouent. Ad huius vero oppidi radices (est enim eius præcipua pars in summo montis præalti culmine sita) fluuius e multis fontium riuis subterraneis oritur peramœnus, pisciumque multo feracissimus, qui arboribus vtrinque consitus, sole meridiano, magnisque caloribus, vmbram efficit, quo homines vt plurimum secedunt, gratissimam. Mox magno impetu inter confragosa montis, in planiciem apertam delatus, sexque a capite fontium passuum millibus, in Tagum diffunditur, qua parte Tagus crebras insulas emittit, quæ omnes frumento pascuisque pinguissimis abundant. Attamen earum nulla hoc tempore castellis, pagisue,(1) aut vitibus colitur, vt Strabo scriptum reliquit. Quæ res Tagi ipsius alluuionibus, vetustateque temporis forte deficientes, hoc gloriæ corollario cohonestantur, quod hodierna die Tagus ipse per vniuersa Oceani litora, in Aphrica, (2) Asiaque, leges & instituta det, quibus ipsarum prouinciarum reges, principesque, sponte, vel coacti parent, tributaque Lusitanis soluunt, Christique fidem indies magis magisque non pauci colunt. Quod non in Indorum

(1) C. tem *pagisque*.
(2) C. diz *Africa*.

depois de terem atravessado a Europa inteira, devastando-a com morticínios e incêndios, vieram assentar arraiais nestes sítios. Aqui viveram, conforme se depreende de muitos anais, até que, com a vinda dos godos, foram obrigados a abandonar completamente a província e a buscar outras regiões. Ora êste povo esteve, desde sempre, ligado pela língua, pelos costumes e pela vizinhança, aos saxões, e ainda, até ao presente, se sentem unidos, uns aos outros, por mútuos laços de parentesco.

Da base de Alenquer (a maior parte dela está situada no cume de um monte bastante alto), sai um rio, nascido de veios de água subterrâneos, ameno e muito abundante em pescaria, com árvores nas duas margens, que produzem sombras agradáveis, durante os fortes calores do sol do meio dia, e às quais se acolhem os habitantes. Logo, correndo com ímpeto tumultuoso, entre rochedos, pelo monte abaixo, espráia-se pela planície a uns seis mil passos dos mananciais de origem, e desàgúa no Tejo, na altura em que êste forma muitas ilhas abundantes em trigo e em pastios ubérrimos. Contudo, nenhuma delas possui castelos, aldeias ou vinhedos, como Strabão deixou escrito.

Talvez que faltem, por causa das cheias do Tejo ou pela antiguidade do tempo. Tudo, porém, está bem compensado, porque êsse mesmo Tejo, actualmente, dá leis e normas, através de tôdas as costas do Oceano, na África e na Ásia.

A essas leis se submetem, livremente ou à fôrça, reis e príncipes daqueles contornos; reis e príncipes que prestam vassalagem a Portugal, vivendo

ditionibus modo, sed in Chinarum ([1]) etiam terminis, ac Iapponum ([2]) finibus, gente antehac Europæ incognita, summa cum reuerentia fit. De innumeris vero exoticis rebus, quæ ex nostris vniuersæ Indiæ, Persiæ, Arabiæ, Aethiopiæ, Brasiliæ, Africæque ditionibus, in hanc vrbem toto anni circulo aduehuntur, deportanturque, cum de omnibus iis satis luculenter in eo opusculo, quod de fertilitate, & opulentia Hispaniæ emisimus, tractemus, nullam consulto hic facere mentionem sigillatim voluimus. Si quis forte id cognoscere auide cupierit, ipsum librum conquirat, quæsitumque legat. Ceterum si lectori noster hic labor displicuerit, sciat nos non ita hoc opus cudisse, vt itinera aliis scriptoribus interclusa a nobis esse opinemur. Nam si forte aliquis de origine, & vrbis situ compertiora in medium attulerit, rem profecto gratam cunctis, nobisque inprimis fecerit.

FINIS

Eboræ, apud Andream Burgensem, typographum illustrissimi Principis Henrici Infantis Portugalliæ, S. R. E. Cardinalis, ac ap.licæ Sedis Legati a latere. Permissa est editio a reuerendo patre fratre Gaspare de Regibus S. Theologiæ doctore ac hereticæ prauitatis inquisitore. Mense octobri. 1554.

([1]) É preferível com *S*.
([2]) C. traz *Japponensium*.

58

já também muitos dêles, com inteira obediência, na fé cristã; na fé que nós vamos dilatando, cada dia mais e mais, não só nos domínios da Índia, mas também nos territórios da China e nos confins do Japão, — povo até há pouco desconhecido na Europa.

Como num livro que publiquei das magnificências da Hispânia, tratei, com desenvolvimento, das inúmeras coisas exóticas que, no decorrer do ano, são embarcadas e trazidas das nossas possessões, para Lisboa, provenientes da Índia, da Pérsia, da Arábia, da Etiópia, do Brasil e da África, não quis, de propósito deliberado, deter-me agora aqui, em particular, neste assunto. Quem pretender ter conhecimento mais vasto e mais completo, procure êsse livro e leia-o.

Não sei se o presente trabalho agrada ao leitor, mas saiba que não fiz esta obra por imaginar que era caminho defeso a outros escritores. Por conseguinte, se alguém der a lume uma narrativa mais perfeita àcêrca da origem e situação da cidade de Lisboa, fique ciente de que fará uma acção, sem dúvida muito agradável para todos, e, para mim sobretudo, muito grata.

FIM




Damião de Gois

LISBOA DE QUINHENTOS

DESCRIÇÃO DE LISBOA

Henrique Maurer Jr.
São Paulo, 24-12-1940.



Do Rossio ao Tejo no século XVI

CARTA AO TRADUTOR

Meu prezado e ilustre Amigo:

Conhecedor da nobre modéstia que alia ao seu saber, fiquei irresoluto se devia expressar-lhe a minha opinião, fundamentada e por extenso, a respeito do seu valioso trabalho, e do mesmo modo se devia enviar-lhe esta em latim.

Atendendo, porém, à franqueza que deve haver entre pessoas amigas, e tratando-se de estilo latino, que tanto me prendia por êste simples facto como pelo assunto que versava, deixei-me de preconceitos para, com palavras singelas e sem manifestações exageradas, lhe participar, com sinceridade, que li, primeiramente com tôda a avidez curiosa e depois com admiração meditativa, a excelente tradução, e que ela me trouxe momentos deliciosos e de grande prazer intelectual.

Como possuo na minha livraria uma edição da obra que traduziu, tive a curiosidade de conferir pari passu *a cópia manuscrita da edição que lhe serviu de texto, com o meu exemplar e com a recente tradução.*

Analisei primeiramente as alterações que fi-

zera na infiel cópia manuscrita, para dar sentido à tradução; passei em seguida análise às magistrais modificações de ordem etimológica, morfológica e sintáctica que introduziu no original deturpado em parte pelos tipógrafos e errado noutra parte pela incúria do próprio Damião de Góis.

De facto, escudado com a autoridade dos escritores latinos que primaram pelo cunho da boa latinidade, não acho correcta a construção: Quibus terminis Ichtyophagorum videlicet, et Anthropophagitarum, literis Ptolemæo cognitum fuisse constat, *refundida na forma:* Quibus de terminis Ichtyophagorum et Anthropophagitarum, nihil litteris Ptolemæo cognitum fuisse constat.

De semelhante modo não é clássica a construção: Accidit tunc inter alios D. Raymundum Tolosatium Comitem ad Alfonsum Castellæ regem, electum imperatorem, subsidio venisse, *modificada pela forma:* Accidit, ut tunc inter alios D. Raymundus Tolosatius comes Alfonso Castellæ Regi, electo imperatori, subsidio venerit, *e muitas outras que detidamente examinei.*

É evidente que, expurgando o texto de gralhas tipográficas e fazendo as correcções indispensáveis dos lapsus calami, *não se tem em vista atestar vaidades, nem menosprezar o admirável e patriótico Damião de Góis que nos deixou monumentos,* aere perennia, *por muitos títulos apreciáveis, aos quais se não pode negar elevação, elegância e nobreza, tendo ainda a defendê-lo o vate Horácio:*

Nam neque chorda sonum reddit quem volt manus et mens,
Poscentique gravem persaepe remittit acutum,
Nec semper feriet quodcumque minabitur arcus.
Verum ubi plura nitent in carmine, non ego paucis
Offendar maculis, quas aut incuria fudit
Aut humana parum cavit natura ....
.... quandoque bonus dormitat Homerus.

Ocioso seria lembrar aqui o curriculum vitae *de Damião de Góis considerado na sua egrégia individualidade.*

Todos o sabem fidalgo, diplomata hábil, humanista, pai da crítica histórica, em relações cul-

turais com Erasmo e com outros sábios do seu tempo, peregrino por tôda a Europa, sempre pronto a enaltecer em tôda a parte as belezas e o valor do povo que levou aos mundos desconhecidos, audaciosos descobridores e conquistadores...

A língua internacional, dos sábios e dos Estados, era então o latim. Foi nesta língua que êle escreveu primorosa e elegantemente os seguintes opúsculos: «Hispania», «Hispaniæ adversus Munsterum defensio», «Diensis Nobilissimæ Carmaniæ seu Cambaiæ urbis oppugnatio», «Fides, Religio, Moresque Æthiopum», «Deploratio Lappianæ gentis», «De Bello Cambaico Secundo — Commentarii Tres» *e a erudita e facunda* «Urbis Olisiponis Descriptio».

É de lamentar que não tivesse continuadores nessa propaganda nacional. Como de lamentar é que o estudo da língua latina fôsse tão descurado no país... Presentemente poucos são os entendedores das belezas escritas em latim pelos clássicos, e muitos os que encaram com altivo desprêzo os alfarrábios bolorentos, tantas vezes óptimos repositórios de lídima linguagem latina e de nobres tradições portuguesas de revivescência interessante e atractiva.

Afastei-me do assunto proposto, mas digo como Damião de Góis: Ad reliqua igitur pergamus.

Analisei finalmente a tradução que considero tão perfeita quanto maiores foram as dificuldades de vazar nos actuais moldes vernáculos da nossa língua, latim do século XVI, inçado de neologismos, de efémera existência, para designar coisas totalmente desconhecidas dos Romanos e muitas das quais até de pessoas do nosso século.

Depois, compulsando os melhores léxicos, desde o vetusto Calepino ao moderno Félix Gaffiot, não se encontram «muletas» (como diz Artur Bivar) para os passos mais obscuros que têm levado muitos à desistência de estudos goesianos, sob aspectos diferentes dos estudos mencionados na «Crítica Literária como Ciência».

Fazer uma tradução literal, imitando servilmente a época do nosso clássico, seria torná-la, além de ridícula, insípida e fastidiosa.

A tradução de que o meu prezado amigo tão

gentilmente me dá conhecimento e vai publicar para honra da nossa Pátria e da gloriosa língua que falaram Cícero, Vergílio e César, e em louvor desta encantadora Lisboa, é uma tradução livre, em português de lei, interpretação cabal do pensamento do autor, a satisfazer o apetite dos leitores mais severos e a demonstrar que as subtilezas latinas lhe são familiares.

Que os entendidos na matéria e o público ledor saibam compreender o seu notabilíssimo trabalho! Que êle seja um macte nova virtute noutros similares esforços!


*Que o futuro lhe reserve o cognome de «Fi*linto Elísio do Século XX»!

São os votos do


amigo e leal admirador

NICOLAU FIRMINO


Lisboa, 13 — Abril — 1937.




Lisboa de Quinhentos



Tôrre de Belém



Rossio do século XVI



Mosteiro dos Jerónimos em Belém

Acabou de se imprimir êste livro a 14 de Abril de 1937, na Imprensa Beleza, Rua da Rosa, 99 a 107 Lisboa


DAMIÃO DE GÓIS. DESCRIÇÃO DA CIDADE DE LISBOA EM LATIM COM TRADUÇÃO DO TEXTO POR JOSÉ DA FELICIDADE ALVES
LIVROS HORIZONTE, LISBOA, 1988

VRBIS OLISIPONIS DESCRIPTIO PER DAMIANVM GOEM EQVITEM LVSITANVM,

In qua obiter tractantur nõ nulla de Indica nauigatione, per Græcos, et Pœnos et Lusitanos, diuersis temporibus inculcata.

1554

EM ANEXO BIBLIOGRAFIA ELETRÔNICA DAS OBRAS DE DAMIÃO DE GÓIS POR ARLINDO SILVA





DAMIANVS A GOES.

DAMIÃO DE GOIS
STUDIES IN MEDIEVAL AND MODERN LATIN
LATINITAS LUSITANA ET BRASILIANA

PROF. DR. DARCY CARVALHO. FEAUSP. UNIVERSITY OF SÃO PAULO.
SÃO PAULO. BRAZIL

2015
SOURCE: BIBLIOTECA NACIONAL DE PORTUGAL. BIBLIOTECA NACIONAL DIGITAL
http://purl.pt/index/livro/aut/PT/33900.html
GOIS, Damião de, 1502-1574
Vrbis Olisiponis Descriptio per Damianum Goem Equitem Lusitanum, in qua obiter tractantur nõ nulla de Indica nauigatione, per Graecos et Poenos et Lusitanos, diuersis temporibus inculcata. - Eborae : apud Andream Burge[n]sem, mense Octobri 1554. - [24] f. ; 4º (20 cm)
http://purl.pt/23351.